



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XXIII. Kaiser Friedrichs im Rathe der Fürsten, namentlich in Gegenwart
beider Markgrafen von Brandenburg, getroffene Entscheidung der
Angelegenheit des Herzogs Otto von Braunschweig Lüneburg, aus dem ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CC^o. XXX^o. III^o. , mense Septembri, Indictione VIII., Datum apud Montem Flafconis, anno, mense et Indictione prescriptis.

Nach Scheib, Origin. Guelfic. IV, 141, 142.

XXIII. Kaiser Friedrichs im Rathe der Fürsten, namentlich in Gegenwart beider Markgrafen von Brandenburg, getroffene Entscheidung der Angelegenheit des Herzogs Otto von Braunschweig Lüneburg, aus dem Monat August 1235.

— Huius rei testes sunt — (laici) — Otto dux Bavarie Comes Palatinus Rheni, H. dux Brabancie, A. dux Saxonie, B. dux Carinthie, M. dux Lotharingie, H. Lamcravius Thuringie Palatinus comes Saxonie, H. Marchio Misnensis, H. Marchio de Baden. J. et O. Marchiones de Brandeburch, H. Comes Senensis, H. Comes Barenfis, D. Comes Cleuenfis, H. Comes de Hanalt et alii quam plures. — Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mense Augusti, octauae Indictionis, imperante Domino nostro Friderico, Dei gratia serenissimo Romanorum Imperatore, semper Augusto, Jerusalem et Sicilie Rege, Anno Imperii eius sexto decimo, Regni Jerusalem decimo, Sicilie tricesimo octauo feliciter Amen. Datum Maguncie, Anno, mense et Indictione prescriptis.

Nach Scheib, Origin. Guelf. IV, 53.

XXIV. Die Grafen von Everstein verbinden sich, in Gegenwart beider Markgrafen von Brandenburg, dem Herzoge von Braunschweig, am 28. August 1235.

Sciant vniuersi presentes et futuri, quod Otto et Conradus, Comites de Euerstene, fide promiserunt Duci de Brunelwic et omnibus adiutoribus suis et tactis reliquiis iurauerunt firmam compositionem et perpetuam amicitiam, pro qua obseruanda posuerunt obsides vterque de filiis suis vnum. Decem ministeriales eorum fecerunt Duci et heredibus suis fidelitatem, ita, quod si ex parte Comitum predictorum violata fuerit compositio et infra octo septimanas, postquam communiti fuerint, non satisfecerint, vt tenentur, obsides illi duo manebunt captiui Ducis et ministeriales decem ei et suis heredibus remanebunt, et decem Vasalli eorum, bona sua, que ab eis tenent, recipient tunc a Duce. Geuehardus de Arneften fide data promisit cum Comite Hermanno de Woldenberg, quod si filius Comitis Ottonis obses effugerit, Duci eum restituet et reducent, et predictus Geuehardus tam diu stabit in hoc promisso, donec dedixerit illud Duci. Item promisit ipse data fide, quod si predicti Comites C. et O. violauerint compositionem istam et super hoc communiti non emendauerint infra octo hebdomadas, ipse adiutor Ducis erit fideliter contra eos. Eandem etiam compositionem pro omnibus fratribus et Comitibus de Euersten firmiter seruandam fide data promiserunt Comes Hermannus de Woldenberg et filius suus Borchardus, Comes Henricus de Woldenberg, Comes Geueardus de Werningerode, Albertus et Wolterus fratres de Arneften, Comes Fridericus de Biche-